



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectura Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

4. Domus Sapie[n]tiæ Mundanæ: Quæ inimica est Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

mobile apprehendunt, & conſectantur ETHICA totius vitæ finem, quæ eſt beatitudo vel felicitas, & ad illam media, quæ ſunt virtutes, conſiderat. Ejus peritiam non habent qui nullum veræ felicitatis ſcopum ſibi proponunt: neque actiones ſuas ita moderantur, ut ad finem ad quem à DEO ſunt conditi, conducant, vitiorum ſectatores, non virtutum. THEOLOGIA DEUM ac Divina ſpeculatur: à quâ alieni ſunt, qui non niſi in humanis occupantur, homines terrenis, & quæ carnem ac ſanguinem ſapiunt, dediti. Ita ferè Domum Sapientiæ parabolicam, quatenus Encyclopædiam deſignat: auctores illius interpretationis conſtituunt, & moralibus emblematis exornant.

## ARTICULUS IV.

## DOMUS SAPIENTIÆ MUNDANÆ

*Quæ inimica eſt Deo.*

Huius deſcriptionem deſumo ex Cardinale Ugone Ordinis Prædicatorum in caput IX: Proverb. Quare, ſi quid cuiſpiam in illâ videatur minus probum, Auctorem conveniant. Habet inquit ille, Diabolus ſuam Domum, ſcilicet Sapientiam huius mundi, quæ inimica eſt Deo. Cujus ſeptem ſunt Columnæ, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia. Habet enim Diabolus Grammaticos ſuos, ſicut & DEUS ſuos. GRAMMATICI Diaboli ſunt omnes Hypocritæ, qui rectè & congruè loquuntur, ſed congruè ad impoſturam. DIALECTICI Diaboli ſunt omnes Dolofi, qui ſophiſticè loquuntur, ut decipiant. De quibus Eccleſiaſtici XXXVII. *Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt.* nimirum Deo & hominibus. RHETORES Diaboli ſunt advocati, qui cauſas iniquas ſoverint potentum: cauſa autem

tem pupilli & viduæ, non ingreditur ad eos, ut dicitur  
 saia 1, Caussidicorum lingua damnifica est, nisi eam fu  
 nibus argenteis vincias. ARITHMETICI Diaboli sunt o  
 mnes, qui habent Numerum præbendarum: sive Beneficiorum.  
 De quibus dicitur Apocalypsis XIII. *Et vidi de mari Belli  
 am ascendentem habentem capita septem, id est, septem Epi  
 scopos: & Cornua decem, id est, decem dignitates, & su  
 per cornua ejus decem diademata, id est, decem Mitræ: in  
 quoz enim Ecclesiis habet præbendā, tot mitras habet in ca  
 pite suo, spe. sive præsumptione. Ob hoc enim præbendas retinent  
 cum ad nihil aliud sibi valeant, nisi ad solam spem, ut sic Episcopa  
 tum possint adipisci. Ita loquitur Cardinalis Ugo. Musci  
 Diaboli sunt Adulatores, qui omnibus in bono & ma  
 lo concordant, GEOMETRÆ Diaboli sunt Quidam  
 superficialiter Justi, qui sibi propitii sunt, aliis autem  
 austeri, Quod valdè damnabile est, maximè in Prælatis  
 & Confessariis, De quibus dicit Dominus Matthæi XIX  
 Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei: Omnia ergo  
 quaecunque dixerint vobis, servate & facite: secundum opera. vero  
 eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Alligant autem  
 onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros homi  
 num: digito autem suo nolunt ea movere. In hos quadrat illud  
 Proverbior. XX. Abominatio est apud DEUM pondus & pondus  
 statera dolosa non est bona. ASTRONOMI Diaboli sunt curio  
 si, qui relictis necessariis de cursu siderum diligenter in  
 quirunt. quib⁹ dicitur Ecc. III. *Altiora te ne quæsieris, & futu  
 riora te ne scrutatus fueris: Sed quæ præcepit tibi DEUS, illa cogita  
 semper, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. & Cato  
 Mitte arcana DEI, calumq; inquirere quid sit.**

SER. V. Nam  
 scribens